



21
Bl. 89



CAROLO III

HISPANIARUM
REGNATORI

LEOPOLDIM. FILIO
JOSEPHI CÆSARIS FRATRI
INVICTISSIMO ROMANORUM
IMPERATORI

HUJUS NOMINIS VI
HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ REGI
ARCHIDUCI AUSTRIÆ DUCI BURGUNDIÆ
STYRIÆ CARINTHIÆ CARNIOLÆ WURTEMBERGÆ
MARCHIONI MORAVIÆ COMITI HABSPURGENSEI
ET TYROLIS ETC.

CONSECRATUM
QUI PATRIAS VIRTUTES
MAJESTATEM IN MORIBUS
CLEMENTIAM IN ASPECTU
PRUDENTIAM IN SERMONE
GRAVITATEM IN CONVERSATIONE
PIETATEM IN TEMPLIS
SAPIENTIAM IN LITERATORUM CONSVETUDINE
ANIMI GRAVITATEM FORIS
EQUANIMITATEM DOMI
FORTITUDINEM IN BELLO
EXEMPLUM UBIQUE IMITATUS
IMPERIALI DIGNITATE EVASIT DIGNISSIMUS

IGITUR FRANCOFURTI AD MOENUM
IN MAXIMA OMNIUM ORDINUM ET PROCERUM
ABLEGATORUM REGUM RERUM PUBLICARUM
PROVINCiarUM DUCUM POPULIQUE
GERMANIÆ FREQUENTIA
DIADEMATE SACRO CORONATUR
DIE XXII DECEMBRIS, ANNO
AD TRIUMPHUM CÆSARIS

CONDVCIMVR!

L I P S I Æ
TYPIS JOH. HEINRICI KOENIGII.



CAROLE DAS VITAM POP VLO!

Ecce Biceps AQUILA, abs Occasu tendit in Ortum,
Austriacæ Domui Vita, perennis Amor.
 Solis ab Occasu, *Christjadum* ut Regna gubernet,
 Solis & abs Ortu Regia Sceptra gerat.
 Quaque dies *Medius* fluctus contraxit in unum,
 Qua patet Occidui Terra reperta Maris.

Romulidum Imperii capiat *Diadema Sacratum,*
Hungariæ, Boiis, imperitare queat.

Austriacæ Domui Fulcrum, Dominetur in Orbe,
 Hostibus a domitis, læta *Trophæa* ferat.

Tu *Benedicte* venis, maneas semper *Benedictus,*
 Sospes & incolumis sis, maneasque *Tuis.*

A *Summo* Rex ipse DEO, Tu CAROLE lectus,
Delicium Mundi, Candor, & Orbis Amor.

Scande *Triumphales Currus,* sis *Maximus Atlas,*
Romulidum Imperii Tu *Diadema* cape.

Roma Tibi calathis spargit Tibi *Lilia* Roma,
 Atque *Triumphales* sub juga mittit *Equos!*

Vive Decus Mundi! vivat *Domus* *Inchyta* terris!

Sic *Hosianna Sacrum* personat omnis homo.

CAROLE COR *Parris* LEOPOLDI *Corde* resultans,
 Sis *Patriæ Fulcrum, LAUS, Decus, alma Sals!*

Corda Tuo *Cordi* jungentur maxima *Mundi,*

Ut COR sint unum, *LAUS*que, perennis *Amor.*

Tu LEOPOLDI COR, LEOPOLDUM rebus agendis,
 Et *PROAVOS* factis exuperato *Tuis.*

Vive diu *Cæsar!* vivat *Domus* *inchyta* *Terris!*
Imperium mundi, sit fine fine!

Pannoniæ terras Clypeo defende salutis,
 Quæ *Tibi Magne Ducum Regia Sceptra* dabit.
 Fulmineus *Turcarum* terror, pelle profanos,
 Hostes *Hungariæ, Martia* tela simul.
Nomen & Omnen habes, SOL CURA CAROLE *Magne,*
 Quod signant apices Nominis Austriaci.
 SOL *oculus Mundi* beat omnia, Tu quoque CURA,
 CAROLE SOL *Regno* commoda multa feres.
 An meliore nota *Regni* SOL esse fateris?
 Quam CURA *Regnum* dum stabilire cupis?
 Diffugiunt *tenebræ* spatiosæ *Lucis* in ortu,
 SOLIS ad adventum cedere LUNA solet.
Czechorum Patres, gemmis radiante *Corona*
 Tempora præcingent, vota *Sacrata* canent:
 CAROLE vive diu! vivat *Domus Inchyta* terris!
Imperii Culmen! vive *Salutis Apex!*
 Omnia salva *Tibi, Cælesti Numine* cedant,
 Singula salva *Soli,* singula salva *Sali.*
 Tu populos ut amas, populis redamaris & *Ipsè*
 Sic populis Vitam CAROLE *Magne* dabis.
Hispaniæ gentes spargunt per compita *Lauros,*
 Acclamant læti, CAROLE vive diu!
 Tu Rex es noster, *Concordia Principis Almi,*
 Crescat perpetuo subdita *Corda* regat.
 Euge *Pius!* *Felix, Clemens* sis rebus agendis,
 Semper *Io!* vivat *Laus Tua,* vivat *Honos!*
 Undique bella strepunt, *Mars* sævus regnat in *Orbe,*
 Pacifices motus CAROLE *Magne* graves.
Sidera Pace vigent, consistunt *terrea Pace,*
 Nil placidum *Superis* est sine *Pace* DEO.
 Felices veniunt *Nautis* trepidantibus *Ignes:*
 Dum fugiunt *Euri,* dum cadit *Ira Jovis:*
 Dum procul ostendunt *Portus* bona *Fata* benignos,
 Continuo pulso *Vita* pavore redit.
 Tu populos ut amas, populis redamaris & *Ipsè*
 Das populis *Pacem,* CAROLE *Magne* *Tuis.*
 PLUS ultra? *Herculeas* audes penetrare *Columnas,*
 Et cupis indomiti jungere *Vela* *Maris?*
 Quas nulli *Veterum* licuit transire *Carina,*
Orbis nec patuit, *Terrigenisque* *Fretum.*
 Tenditur ulterius! *Bona* *Sors* fit sola viarum
 Arbitra: de *Cælis* *Dux, Comes, Ipsè* DEUS.

Et conjurati veniunt ad *Classica Venti*,
Imperium Peru, Mexico canit ovans:
Imperium nunquam tanto *Custode* labascet,
Americæ nostræ, sis *Pater* ergo *Tuis*.
 Tu *populos* ut amas, *populis* redamaris & *Ipsè*
 Tu *populis* *Vitam*, *CAROLE* *Magne*, dabis.
CAROLE *Rex Regum*, geminus *Polus*, *Orbis* uterque,
Te cupit, & clamat, *CAROLE* vive diu!
Dicolor extremo quæ cingitur *India Gange*,
 Mittet ebur, gemmas, *Regia* dona *Simu*.
 Sic *AQUILÆ* *Nidus* per *Mundi Climata* sparsus,
 Producet cunctis *congeneres* *AQUILAS*.
 Scande *Ratem*, positoque metu *Te* fluctibus infer,
 Et placidis *Ventis* dirige tutus iter.
Naufraga faxa nihil metuas: *Bona Causa triumphat*,
 Cui *DEUS* ipse favet, nil nocuisse potest.
 Respicient *Ortum* semper *Tua Regna* per *Orbem*,
Occasum nunquam cernere *Regna* queunt.
CAROLE *Rex Regum*, felix *Dominare* per *Orbem*,
Oceano, *Regnis*, commoda multa feras.
 Tu *populos* ut amas, *populis* redamaris, & *Ipsè*
 Tu *populis* *Vitam* *CAROLE* *Magne* dabis.
 Tu veniente die, Tu decedente colendus,
CAROLE *Rex Regum*, *Vita*, perennis *Amor*!
Militiæ *Dux* esto *Tuæ* *DEUS* ipse, *Come*que,
 Auspice quo *Ductor*, *Victor* & *Ultor* eris.
 Hoc *Duce* disrumpes *Classes*, *Pelagique* *Phalanges*,
Rupes immotas exuperabis ovans.
Felix, ò nimium *felix*! cui militat *Æther*,
 Et placidi *venti*, prælia *justa* juvant.
Felix, ò nimium *felix*! nimiumque *beatus*,
 Qui quærit populo, quæ placere *DEO*.
 Sic *AQUILÆ* *Nidus*, per *Mundi Climata* sparsus,
 Producet cunctis *congeneres* *AQUILAS*.
CAROLUS *Oceano* *Dominus*, *Rex* *Orbe*que *Duplo*,
 Sic in perpetuum *Nomine* *Nomen* erit.
Sanguine dat vitam *pullis* *Ægyptius* *Ales*,
 Tu *populis* *Vitam*, *CAROLE* *Magne*, dabis!

EXsVrgens annVs, sIt felIX, sltqVe benIgnVs
 oMnIbVs, & paCI s gaVDIa Vera ferat!

Applaudente *Orbe* *Christiano*, vota piâ in *Urbe* *Lipsensi*,
 devote profudit,
 CHRISTOPHORUS PARSCHTIUS, *Exul* *Hungarus*

Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 15





Tab. III. 4726.

11

CAROLO III
 HISPANIARUM
 REGNATORI
 LEOPOLDIM. FILIO
 JOSEPHI CÆSARIS FRATRI
 INVICTISSIMO ROMANORUM
 IMPERATORI

HUJUS NOMINIS VI
 HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ REGI
 ARCHIDUCI AUSTRIÆ DUCI BURGUNDIÆ
 STYRIÆ CARINTHIÆ CARNIOLÆ WURTENBERGÆ
 MARCHIONI MORAVIÆ COMITI HABSPURGENSEI
 ET TYROLIS ETC.

CONSECRATUM
 QUI PATRIAS VIRTUTES
 MAJESTATEM IN MORIBUS
 CLEMENTIAM IN ASPECTU
 PRUDENTIAM IN SERMONE
 GRAVITATEM IN CONVERSATIONE
 PIETATEM IN TEMPLIS
 SAPIENTIAM IN LITERATORUM CONSVETUDINE
 ANIMI GRAVITATEM FORIS
 ÆQUANIMITATEM DOMI
 FORTITUDINEM IN BELLO
 EXEMPLUM UBIQUE IMITATUS
 IMPERIALI DIGNITATE EVASIT DIGNISSIMUS
 IGITUR FRANCOFURTI AD MOENUM
 IN MAXIMA OMNIUM ORDINUM ET PROCERUM
 ABLEGATORUM REGUM RERUM PUBLICARUM
 PROVINCIARUM DUCUM POPULIQUE
 GERMANIÆ FREQUENTIA
 DIADEMATE SACRO CORONATUR
 DIE XXII DECEMBRIS, ANNO
 AD TRIUMPHUM CÆSARIS

CONDVCIMVR!

L I P S I Æ
 TYPIS JOH. HEINRICI KOENIGII.

ES, rite creati,
 a Sancta Dei:
 MSING, salvete Pa-
 gregisque Duces:
 S. Amplus & HOF-
 N,
 pio.
 ROSINA,
 ca bonis.
 oronas
 Viris.

